



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm  
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

**Grégoire, Pierre**

**Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.**

**VD16 VD16 G 2999**

22 Quantum pro iusto pretio solui in redhibitione debet a proximo emtori.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

tit. 7. l. creditor, qui in 2. eo. tit. Vtiles autem ex arbitrio iudicis temperamentum accipient, vt neque delicatus retrahens, neque onerosus creditor seu emtor, audiatur, vt ait Vlpianus, *l. in seruos pignorat. 2. §. de pign. acti. P.* Et vt Cellus, in *l. in fundo; 39. de rei vni. in P.* ne plus in rem versum videatur, quam res sit, et si plus expensum sit. *Causa in l. ff. fundum, 1. 2. de in rem versa. P. lib. 15. tit. 3.*

¶ Est tamen aurea, vt opinor, glossella, *gl. in l. in fundo, in verbo plus pro: o de rei vni. in P.* quae tradit ex mente Azonis, quod si diues sit qui repetit, vel retrahit rem, exceptione submoueri potest, nisi impensas quoque vitiles cum necessariis soluat. Cui subscribit Angelus Aretinus in §. certe illud, *vers. sed est adhibenda disti. de rer. diuis. cum equum non sit aliquid locupletari cum alterius iactura. ca. locupletari. da regu. iur. in Sex. l. iure nature. eo. tit. in P. & l. nam hoc natura de cond. tit. ind. b. P.* Et quilibet bonae fidei possessor, necessarias semper recipit impensas, *l. domum quam, 5. de rei vni. lib. 3. C. tit. 3. 2.* & eorum nomine ius retentionis rerum habet. *l. si in area ma, de cond. tit. ind. b. lib. 1. 2. P. tit. 6. §. certe illud, de rer. diuis.* Vitiles autem eatenus repetit, aut subducit, quantum locupletior est futurus repetit, aut subducit, quantum pati factum in re tolli, si fieri possit, *l. in repetita, §. d. l. in fundo, de rei vni. P.* Mala fidei quoque possessor interdum etiam vitiles repetit, sed non exceptione doli, vt bonae fidei possessor, sed officio iudicis, *gl. in d. §. in repetita, in verbo si possessor, per dicitur in l. in fundo. & per l. p. ane. 4. 2. de petita. h. red. lib. 5. P. tit. 31. Vlp. in l. Iulianus, in 2. 38. de rei vni. P.* Et sic ante litem contestatam, per exceptionem doli repetit vitiles: post litem contestatam, vt effectus male fidei possessor. officio iudicis, *l. adiles, in l. §. item sciendum, de edil. edict. d. l. plane.* Et proinde hic proximus, qui retrahere rem desiderat, ad eas omnes emtoris, qui est bonae fidei possessor, tenetur, vt pote qui mercatus est nullam legem prohibentem. *argum. l. que ad modum de agr. §. consi. lib. 11. C.* Et hoc expresse respondit Angelus Aretinus, in *l. §. p. de oper. no. nuntia, quem refert Guido Papae. quest. 257. num. 3. & Baldus probat, consi. 250. volum. 3.* Succurrit huic sententiae Scavole responsum, quo id ipsum in restitutione in integrum minorum cauetur, *l. mira vitile, 46. §. vendentibus, de minor. 25. annis, P. facu. l. C. de re iurat. maxime quia emtor habet titulum a vero domino, l. si eum aurum, de donat. & quando factum transit in retrahentem. Quo fit, vt existimet Chalfanzus, reddi debere emtori, quae impedit circa confectionem instrumenti venationis: quia & tenetur ipsum cedere redhibenti, *Chalfanzus, in consue. Burgun. tit. de rec. act. §. 1. ad verba, les si auz ras sonnables.* Porro quod ad voluntarias impensas pertinet, proximus ad eas non tenetur: si tamen facta commode euellere possint, debet pati ea tolli. *l. pro voluptariis, de impens. in rem dot. fact. que auferri nequeunt, donata videntur, §. ex diuerso, de rer. diuis.* Quare emtor non petet reate quae impendit voluntarie in proxenetam, qui curauit, vt res venderetur, *gl. in l. debet, de edil. edict.* Nisi communi consensu emtoris & venditoris ad proxenetam, vt ad medium & arbitrum pretium fuerit, *l. in summa tituli de adsi. acti. num. 12.**

¶ Emtori tamen haec itaque praenari quae diximus, proximum retrahentem debere constat. At emtor contra restituit rem his accipit. Ceterum num fructus ex re emtra susceptos restituere, aut saltem compensare cum impensis factis teneatur, quaestio est. In qua breuiter respondeo, emtorem pendente tempore, quo non retraxit proximus, fructus suos facere quos percepit: ideo eos nec compensare, nec restituere tenetur, *Ioannes Faber in §. actionum collat. 3. vers. Et ista faciunt, de actio. Alberi de Resato, in 1. parte statutor. q. 97.* Quia hic fuit bonae fidei emtor & possessor, qui facit fructus suos: & tenetur tantum ante litem contestationem ad exstantes, postea ad consumptos, *l. certum, 22. C. de rei vni. l. qui scit, 25. de usur. in P. l. si apes, in fine de furtis, P. l. bonafidei, 48. iuncta glossell. in verbo bene, de acq. rer. domi. vti a tempore morte, quae tantum a tempore consignationis, & depositionis pretii per proximum factae committitur, *l. hac conditio, de condit. & demonstrat. P. l. 2. de fruct. & l. i. expens. lib. 7. C. tit. 51.* Quia neque rem habere, vel sibi deberi dicere potest proximus eo quod ius habeat tantum acquirendi, si velit: nam inter acquisita & acquirenda multum interest. Quemadmodum neque is cui ad eundem ius est, ideo heres dicitur, nisi adierit. Et praeposterum est, nos ante locupletiores dici, quam acquirerimus, *l. pretia rerum, 63. ad leg. Fale. lib. 35. P. tit. 2.* Sic in pacto redhibitionis, seu de retinendo, emtor medii temporis fructus perceperit suos facit, *Bald. Paul. & Castren. in l. 2. de pati. emtor. Angelus consi. 51.* Et maritus qui fundum habet aestimatum quandiu pretium non*

soluitur a muliere, fructus facit suos, *l. si. §. fin. de fun. dot. in P.* In quo tamen nostra gentilitia redhibito, differt ab aedilitia, in qua restituit emtor fructus, recipiendo pretium, *l. illud sciendum, 29. §. cum autem, 23. §. cum autem redhibetur, de edil. edict. eo quod emtio omnino per illam redhibitionem resoluitur: quod aliter in gentilitia obieratur, in qua ea non potest competere proximo, nisi firma manente prima, veluti iure praelationis in valida emtione, conueniente proximo cum extraneo, vel remotiore. Eadem quoque distinctione resolutionis distat a pacto additionis in diem, quo locum habente, fructus restituntur ab emtore primo, *l. si venditor, §. si. de in diem addit. P.* quia resoluitur omnino emtio, *l. 1. & 2. eod. tit.* Id ipsum lege commissoria dicendum *l. leg. fundo, §. l. 1. de lege commiss. in P.**

Quantum pro iusto pretio solui in redhibitione debet a proximo emtori. Cap. 22.

- 1 Pretium iustum in redhibitione est, quod solutum est.
- 2 Idem in retentione iure praelationis dominicae.
- 3 Proximus creditor quomodo ceteris praefertur.
- 4 Retrahit proximus non in iustis formis emtionis.

¶ Pretium tamen solui, vel offerri debet emtori, non quod iustum videbitur, proximo retrahere volenti: sed illud ipsum quod extraneus, vel remotior paratus est dare, vel dedit pro re: alioquin proximus non admittitur, tanquam non offerens iustum pretium, *l. ad officium, commu. diuid. in P. Aluarus in §. sed & re, per illum texum, col. 2. ver. quid autem si agnatus, per quos sit iustum, feud. in Tend. Bal. in l. 1. in fin. quest. de re fin. vend.* Et quantum illud vere excedat iustum pretium, quod datum est: tamen restituendum est, *Ioannes Andreas, tituli de emtione, §. nunc videndum, in additionibus ad Speculatores, Tiraquell. in tituli de retrah. genti. §. 1. gl. 18. num. 4. & 5. & 10. vt contra, emtor non potest maius pretium, quam cum venditore conuenit, petere. Ann. Ferronus, tituli de retrah. §. 7. in consue. Burdegalenf. Resquetant est, quanti vendi potuit, *l. pretia rerum, ad l. Et. cid. P. l. §. si. C. de admiss. iuror. tantumque reddendum emtori: vel contra naturam emtionis esset, vt ea ex vnius penderet a bitrio, *l. in vendente, de contrab. em. C. l. quod sape, §. 1. eo. tit. in P.* & vt gratiose quis cogere contra here.**

¶ Facit tamen quod dominus, emphytheota vendente suas meliorationes, non vitur iure praelationis, nisi quanti plurimi alius obtulerit, ipse offerat, *l. si. C. de iure emphytheo. c. potuit, de loca. ap. Grego. §. Similiter tamen antiquior fiscalium rerum conductor, debet praeferrere extraneis in noua conductione, dummodo idem pretium, quod ceteri offerat, *l. fin. de loca. fundorum cuncta. lib. 1. C.* Neque praefertuntur cognati creditores, ratione sanguinis ceteris creditoribus, in rerum debitoris emtione: nisi tantumdem ac ceteri offerendo, *l. de prius leg. creditor. in P.* Atque hic perpendendum est, proximum non alio modo potulare reuocatum, quam per viam subrogationis, vt in locum emptoris veniat: & proinde eodem iure vti debere, *ca. ecclesia, vt litem pendente, l. Imperator, 7. 2. §. final. & l. sequenti, de legat. 2. rata manente conuentione, quam vel amplecti cum suis conditionibus debet, vel eam praetermittere.**

De Oblatione & Consignatione pretii & impensarum. Cap. 23.

- 1 Oblatio & consignatio pretii & aliarum rerum, qualis fieri debet in retrah. Retrahens iure proximitatis quomodo debeat offerre & consignare, eod.
- 2 Oblatio realis esse debet, & in numerato, nec verbalis sufficit, nisi in iudicio.
- 3 Oblatio pecuniae recte nocturna fit.
- 4 Oblatio legitima debet ubi, & quomodo facienda est.
- 5 Deposita legitima debet obligationem sequitur & ubi fit.
- 6 Deposita pecunia debet periculum ad quem pertinet.

¶ Proximus, tamen qui retrahere desiderat, debet pretium offerre cum impensis omnibus, ad quas diximus eum teneri: nec expectare debet per ab emtore, cum oblatio sit vltima & sine petitione, *gl. in cle. sape, in verbo necessario, 1. off. principum de verbo, significo. l. fideicommissa §. si res, de leg. 3. vide hac de re in §. retrahentem Tiraquellum in retrah. gentilitio, §. 1. glo. 17. nu. 2. & 3.* Pretium integrum offerri debet, *leg. Iulianus, §. offerre, de actio. emi. P. leg. si plures, Cod. de cond. i. in furtis, cum eo quod interest, leg. acceptam, & ibi Baldus questio. 8. de usur. Bartol. in leg. sed si aia, de con. 11.*